

¶ Petri Marfi funebris oratio habi
ta Rome in obitu Pomponii Lati.



Vetus fuit institutū philosophice grauitati con
sentaneū uiri ornatissimi aīos graui aliquo ca
su afflictos: & dira egritudinis mole p̄stratos
efficacissimis rōibus ex uberrimo naturæ coīs
& ppriæ nec nō eximie cuiusdā eruditioīs fon
te manātibus lenitos erigeat: nec pati falsa illos opiniōe miseros
esse q̄bus aliqd icōmodi aut mors (q̄ pleriq̄ terrent maxie) aut
fortuna q̄ impetu temerario grassat̄ inuexerit. Quod alioq̄ &
uerū: & preclaro: sapiētīq̄ uiro dignissimū: acerbissimo tñ uul
nere mihi cōfosso: & medicas manus īplorāti repudiandū est: &
affectis precordiis poetico utendū. Cuius ppriū & fuit: & ē ad
dendis lachrymis augere mærorē & recensendis malis: quibus
opiōe ita suadēte laborat̄ ad cōsolatiōis locos p̄ formulas lauda
tionis adrepere. Quis enī cōstantiā sic natura inchoatā: & diu
turno multipliciq̄ rerū usu ita corroboratam habere posset ut
tanti uiri quātus Pōponius cōmunis & doctor: & magister fuit
interitu temperet a lachrymis? Nō est p̄fecto humanū pectus
quod hūanis casibus nō tangit̄: & iacturis. clarissimos uiros ad
bene de multis imo de oībus gentibus: & natiōibus p̄merendū
facillimos profusis lachrymis q̄rula uoce: crebrisq̄ lingultib9
deplorare par est. nō quidē ip̄iorū gratia: cū q̄bus tam preclare
actū est: semp̄: ageat̄ sed sup̄stitū. q̄ eximia: & singulari qua
dam institutiōe priuātur. Qua iactura bonis ingeniis ad suū
cultū sūma cōtentione anhelātibus nulla maior excogitari pos
set. Qualē terrarū & gentiū semp̄ clarū lumen: & inclyta bonarū
artiū parens: & alrix Roma huius cōsumatissimi uiri nobis nō
illi acerbocasu nūc deplorat: & patit̄. Quid enī hoc in ea quā
profitebat̄ disciplina eruditius habuit Italia: quid Roma pre
stantius? Quid latini eloquiū cādor antiquus? Hic Romanā lin

quam barbara inquinatiōe pollutā cū nescio qđ geticū blapte
raret & uandalū penitus expurgauit: & lōgo post liminio reuo
catā prisca iterū dignitate: ac iure latii benignissime honesta
uit. Hic ueteres ritus prudētissime ac religiosissime īstitutos.
uerū lōga tēporū incuria: & quadā ingeniorū hallucinatiōe ob
soletos: & oblitteratos cōi huic patriæ plurima sedulitate resti
tuit: proq; uiribus & auxit: & celebrauit: ut grauissima littera
torū sodalitate: collegioq; augustissimo nil celebrius hac etate
Romuli posteritas uiderit. nisiq; iucundius & sūptuosius q̄ sua
parilia publico cuiusq; ordinis gaudio spectata recognouerit
In tantis q̄ppe antiq̄tatū tenebris etiā Pomponiani p̄ceptores
uersati sūt ut triūphalē pompā q̄ nūc imago Saluatoris nostri
Iesu xp̄i ac triūphatoris inuictissimi decorat. & e sacro Latera
nensi adyto ad exq̄lias nō minori sc̄itate q̄ letitia populi Roma
ni deducit. prisca q̄dā orgia ēē ore quidē (pace illoꝝ dixerim)
duriusculo asseuerauerint. sed de his haētenus: Pōponii multi
plices dotes atq; amplissime Ciceronē Romani eloquii sine cō
trouersia p̄cipē iure ac merito laudatorē exposcerēt. Quapp̄
nō laudandi (qđ meæ facultatis nō est) sed testādæ pietatis gr̄a
optimi ac sapientissimi uiri (cuius uerēdū ante oculos positū
cadauer sine lachrymis intueri nō possū) cumulatissimas uirt
utes corde ut decet mæsto: & uerba īpediente singultu de liba
bo. Ne mea q̄licūq; laudatiōe careat tantum funus. & ut ego nō
mō īgratitudinis: uerū & īpietatis crimen effugiā. Nā quicqđ
eruditiōis est in me (si mō aliqd ē ego aut sentio q̄ sit exiguum
ac pene nihil nō doctoris quidē culpa sed mea) cminētissimo
uiri huius īgenio: cōsumateq; doctrinæ grato aīo acceptū refer
ro. & nūc fateor: & quo ad uixero fatebor īgenie. Quē tāti uiri
casus nō solū mouet: uerū penitus affligit: & nil eque me angit
q̄ q; magno dolori paria uerba reperire. uulneribus mentis pa
nem multū effingere nequeo. Laudatio quæ uia q̄dā & ratione

progređitur & cōibus utitur: & propriis. In his tamē uera laus illa fortune. Ingenio hec tribuūt & industriæ. Nostri q̄ppe natales patriã: nationē: parentes atq; maiores eligere nequeunt. Qui aut̄: aut quales esse uelimus: & in quo geuere uitæ cū deco ro uersari & exerceri iuris nostri est atq; arbitrii. Hinc cōmendatio: hinc p̄brū: hinc noīs: & famæ celebritas: hinc uitæ silentium: tenebreq; diffunduntur: & surgunt.

¶ Dianiū Lucaniæ oppidū est. quod loco nomen a diana iditū in cuius ueluti sacrario quodā & luco Pomponi9 noster quasi recens quidā Artemidorus natus est. Luclyto quidē patre Ioanne sancti Seuerini & Marsici (ut nūc appellant) comite. Cuius filius Robertus Pōponii frater natus maior: & de more successor ac heres primus ex ea familia proauorū imaginib; ornatissima Salerni principatū paternis & auitis opibus: titulisq; adiecit: Pater huius principis Pomponii nepotis. quem fortunæ iniuria e principatu deturbauit. eius nanq; prudentiam: roburq; mentis omnino præfractum turbo bellicus bis expendit. Pomponius odiis atq; insidiis nouercalibus ob claram indolem quā puer a natura optime subornatus: atq; instructus præ se ferebat fatigatus: atq; offensus: & a teneris unguiculis ad maxima queque suspirans nō a cōmunibus claritatem: sed a propriis celebritatem atq; splendorem diuino quodam generosæ mentis proposito indagauit. Illos imitatus qui ut disciplinas toto pene orbe fugientes tandem assequerentur perpetuum sibi exilium indixerunt. alter quasi Anacharsis. Qui atticæ humanitatis ardore incensus: & ciuilitatis: Athenas per tot maris discrimina nauigauit. & regiis insignibus magno animo contemptis deducente Toxari Solonis humanarū: diuinarūq; rerum sapientia id ætatis inclyti: rei q; publice prudentissimi moderato ris legumq; latoris consultissimi: & hospes & discipulus factus est. Etenim cū uix ex ephebis Pomponius excessisset clam patria

cedens in Sicilia eo a^o transmisit ut ea demum subiiceret ocu-
lis: quorū adumbratā notitiā puerili quodā auspicio: & Virgi-
lianis lectiōibus de scylla charybdi: ac ethnæ incēdiis p̄ceperat
& eohis. eo certe generosi spūs adolescens ardore flagrabat. qui
nobiles quondā phōs naturæ uenatores atq; interpretes & mu-
sarū phœbiq; quondā sacerdotes piosq; uates. ut tantas felicis
insule dotes: & uulgata miracula p̄spicerēt inflāmauit. Lustra-
ta Sicilia: & locorū natura pro captu ingenii explorata Laurē-
tī uallæ clarissimi oratoris fama excitatus est: atq; impulsus.
Qua pp̄ ne iacturā tēporis faceret: quā ille semp̄ duxit maxi-
mā nauigio Romā se cōtulit & Vallæ primū: deinde illo uita
honestissime defuncto temporis momenta nō remittens Petro
mōropolitæ cuius cœleste ingenium in poetis enarrādis habeba-
tur id tēporis eā dies noctelq; nauauit operā. tantūq; lacertos
in litteraria palestra strenuissimū tyro mouit. tali soilectia tra-
balē in stadiis apollineis: & mineruali harena uibrauit hastā
ut primū iter cōdiscipulos locū facile optinuerit. & Pauli pōti-
ficis maximi: prudētissimiq; iudicio ac iussu illis efflagitanti-
bus qbus Pōponianū acumen & sublimes q̄si supra hoīem com-
mētatiōes notæ erāt: in albū doctōrū relatū organū illud rhetō-
ricū naturæ manibus cōcinnatū sic inflauit ut oīa gymnasia: oīs
italie cōuentus: cūctas deniq; gentes: & natiōes Pōponiana uox
p̄uagata sit. oīumq; uicissim linguæ pōponianū nomen resona-
rint. Alter quasi ætate nostra clarissimus & uiuendi & dicendi
magister Isocrates. Cuius domus: ut uerbis Ciceronis utamur
ueluti ludus qdā patuit: atq; officina dicēdi. e cuius umbracu-
lis plures disciplinarū ātistites p̄dierūt q̄ belloꝝ duces exequo
illo troiano descēderint. Diligētissimus tēporū custos: & diser-
tæ antiq̄tatis p̄cipuus amator & cultor habitus est & fuit. Do-
mū quippe in quirinali iugo: cōstantinianisq; thermis cōpara-
tam honestissima Romanæ iuuentutis ceterorūq; studiosorum

uiroꝝ frequentia excoluit sublimia prudēter euitās. ut & liber
tate ad quā natus erat frueret: & aditū oēm uiolentis ac fallaci
bus fortunæ ictibus precluderet. Qui nāq; marmoribus tanto
negocio effossis. & lōge maiori aduectis regias extruūt: & pro
uario cali statu nūciolē orientē: nūc occidentē: nūc austrinos te
pores: nūc gratū boreæ rigorē celatis & laqueatis cœnatiōibus
excipiunt & turtiū sublimitate cœlo mināt & astris grauiorē
sibi casū parant. & ludicro fortunæ se exponūt quæ īfima sūmis
& sūma īfimis mutare latatur. Tenuē & frugalē (citra sordes)
Pomponii uictū nō deprauatæ opinioni: sed moderatæ uolūta
ti ac naturæ cōuenientē q̄s nō nouit. Sciebat certe uoluptatem
docto hoīe nō indignā a se ipso nō a pretioso: & multiplici po
pularū nidore petendā esse. Ciborū ganeata & iucūda cōdimēta
esse famē. Laborādo demū & sudādo pulmētaria studiosis uir
tis honestissime cōparari. priscos laconū ritus genere uitæ com
probauit q̄ publica cōuiuia qm̄ parsimonix iuuentutē infue
scerēt phiditia. nō nulli uero a cōitate ciborū syssitia nomīarūt
Faciles mores: & æquatē simplicitate cōditā q̄s nō admiratus ē.
Nemini q̄ppe nocēs nūc monēdo: nūc docēdo: nūc consolando:
nūc scribēdo p̄fuit oībus. Et ut aī generositatē nullo terrore cō
cussā fortuna ludū insolentē ludere p̄tinax ut Lyricus poeta ce
cinit: & seuo læta negotio exploraret cōsumatissimū uirum hūc
aliqñ uellicare nixa ē. sed id hacten9 egit ut Pōponii nomē in
oī genere uitæ ac sortis conditiōe claresceret. Vlyssē deniq; Ho
mericū imitatus ē. nā felicitatē nō minimā ducens si polytro
pos fieret. idest si mores multorū hominū uidisset: ac urbes. ad
ipsū septētrionē de quo mira q̄dam: & q̄si supra fidē studiose
legerat acri aīo cōuersus charinthiorū. ugroꝝ. polonorū: ac rus
sorum finibus peragratis tataros attigit. & ad peucen flectens
iter scythici arcus formā in euximo ponto cōtēplatus est. & ad
montanos peonas: macedonēsq; spectandarū regionū auuiditate

diuertens egeas insulas p̄spexit & undas. Ad summā Antoni
ni caesaris exemplo, confectis cōmentariolis: & itinerario: suam
Romam (cuius ob iucundissimā & honoratissimā Romanorū
ciuium (a quib⁹ ut numen semper cultus est) consuetudinē de
siderio uel maximo tenebat̄ auide reuisit. Sed inquis animus
tam longa: tamq; difficili peregrinatione nō contētus: nō fessus
ut urbis natalem a se renouatū: ac religiose celebratum poetica
laurea honestaret. ac posito ingeniis premio ardentēs aīos in
flā maret annuente Xycto quarto pōtifice maximo ut id de mo
re ac uetusto iure codicis facere liceret: media hyeme calcatis
germaniae niuib⁹: & alpium pruinoso uertice ritu herculis
expugnato imperatoriū diploma emeruit. Laboribus & pecu
niis pro facultate nō parcens ut Romanæ glorie pariter: & ho
nori academiae nostræ consulere. efficeretq; tandē ut pretexta
to pudore insignis & laeta bonarū artium studiis Romana pu
bes cuius eruditiōi ac pudicitiae paterna caritate dies noctesq;
prospexit Atticū illud lyceum & academiae illustrata nemora
Prolemeū. & Poecilon nō magis picturarū uarietate q̄ stoico su
percilio illustrē & cetera id genus celebrata quondā monimē
ta parū uel nihil desideraret. pientissimā Pomponii mentem &
christianæ ueritatis: ac religionis obseruatissimā fuisse huius
sodalitatis cui erat initiatus: atq; adscriptus statæ cerimoniae
solemnesq; testantur. quas uenerabundus populo spectāte pro
cōmuni eruditione ac bono frequētauit. Testis est illa sacratis
simæ uirginis matris uenerāda imago quā ipse græco noīe gri
nalem panagiā appellabat Cuius sacellū oī genere honoris &
cultus docta & pudica discipulorū caterua stipatus decorabat.
ut eos uere sapientiae initiū edoceret. Testis est religiosissimus
uitæ finis cuique uel sanctissimo uiro consentaneus: & conferē
dus. Diuinis quippe fultus uaticis insignem sapienti pietate
spiritū quinq; illa dominica talenta super lucrātū uolens: ac

libens creatori reddidit. Sciebat enim uir sapientissimus mortē non esse miserā nisi aut profligatis moribus: & a fidei ueritate auersis. aut quibus inuitis legitimus eam rigor intulerit. ipse uero a pueris bene uiuendo bene mori didicerat. Hi sunt Pomponii ducis nostri celebres natales. hæc uita. hi mores. hæc pietas. hic ad cumulū felicitatis optandus exitus. hæc spatia honestissimo labore decursa. In quibus mœstus animus quocumq; se uerterit nō mediocre solatiū reperit. Nō enim multum refert unde quis oriatur: aut q̄ diu uiuat: sed q̄ bene. Doctrina inquit Floratius uim promouet insitam. rectiq; cultus pectora roborat. utcumq; defecere mores indecorant bene nata culpæ. Unus dies eruditorum (ut sapientissimus usurpare solebat possi donius) plus patet: q̄ imperitorum longissima ætas. Natura parens nulli se facturā suæ necessitatis grām uerbis subinde testatur. & rebus Acquissimo tunc aīo appetenda mors est cum suis se laudibus uita occidēs consolari pōt. In maturus finis: aut inhonestus uiro sapienti contingere nequit. & in florētissimo uitæ curriculo in eterne maiestatis nutu acquiescere. nec nō in media honestissimorum studiōrum celebritate necessario mortis somno cōsopiri sūma felicitas & habet: & ē. Iccirco siccatis lachrymis: & nube frōtis absterfa ut rō paulatim se colligēs iā exposcit Pōponianæ felicitati gratulantes applaudamus. quam nulla unquā uetustas labefactare ualebit. paternas & auitas Lucaniæ opes: atq; salerni fortuna sæpe afflixit & Pomponii nepotē tanto quondam principatu subnixum crebris tamen exiliis diuexatum gallicos olim panes quasi mendicare coegit. & nunc ad senogalliam deiectum uenetos fauores ambire compellit. Ad pomponii uero signiferi nostri gloriam longe lataq; diffusam illius furor adspirare non poterit. Et quoniam non ea solum oratione opus est quæ defunctos habunde laudet. sed & superstites benigne moncat: & bonarum artium studiosos adolecētes

quasi hereditarios filios ad imitationem hortet: proinde Pomponium ta-
le actantum eruditionis parentem: ueracemque nobilitatis: ac felicitatis
auspicatissimum ducem uobis imitandum proponite iuuenes qui ad ani-
mi cultum Romanam uenistis. ad quos ueluti filios iam perorationem con-
uerto meam. Quid ingenii uires non ad inanem & fluxam: sed solidam
& stabilem gloriam ualeant hinc discite. fortunae temeritas regna
donat. illaque aufert ad libidinem. Sapiencia uero profunda & solida
mole nixa loco semper heret. gradumque constanter & obnixae retinens
fulget in tenebris: & alienis nunquam sordibus obsolescit. Vos uos ut
bis alumnos uos appello: & ut tanti uiri uestigiis pio animo insistatis
quae maxima possunt uoce contendentes hortor & monco. Parilia uestra tanto
Pomponii studio renouata & culta excipite. ne lucanos Roma
sibi adoptet: ac celebret filios. uos autem ueluti desideres priuignos
atque degeneres auerseat & dancet. & si grati esse uultis (quod ma-
xime uelle debetis) Pomponii memoriam colite. qui ut Romanum
nomen illustraret regni opulentiam: deliciasque contempsit & qui in-
lem uestrum incultum prius atque desertum sceptris auitis generosa me-
te preposuit. & ouidianum illud usurpare imprimis letatus est
Dignus Roma locus quo deus omnis eat. In praeterea igitur Pomponii
Ciceronis elogium illud de Varrone grato animo repetentes dicite. Nos
in uestra urbe peregrinantis errantisque tanquam hospites tua studia: &
lucubrations quasi domum deduxerunt: ut possemus aliquando qui: &
ubi essemus agnoscere. Tu etate patriciae: tu descriptiones temporum
tu sacrarum iura: tu domesticam: tu bellicam disciplinam: tu sedem loco-
rum: regionumque: tu humanarum diuinarumque rerum nomina: genera: offi-
cia: causas aperuisti plurimum quidem poetis nostris omninoque lati-
nis & litteris luminis: & uerbis attulisti. His & talibus Pomponii
de uobis optime meriti nomen uenerantes uota mecum concipi-
te ut nitidissimum ille spiritus emerito caelo profuatur. Illo annuente cui
se Pomponius uiuens moriensque probauit: & est in omne eum benedictus
Amen: Laus deo optimo: Maximoque.